Circa A. 1492. Ex Ms. Arch. Sram Aug Regii Coll. Dogelii:



36 Est id Ruthenice.

Ad Principes Masoviae Legatio.

Serenissimus Dominus Noster Clementissimus Alexander, Magnus Dux Lithvaniae, et Russiae, Samogitiae, et Aliorum. Vestras Celsitudines jussit salutare, et Amicitiam fraternam nuntiare. Insuper voluit certas esse Vras Celsitudines cognitam, faciendo Vris Celsitudinibus ultimam voluntatem, ac mandatum bonae recordationis Parentis sui Regis Ssmi his suis Verbis. Hoc Regnum Poloniae ejus Majestas commendavit Filio Suo, et Fratri Nro ejus Serenitti, Joanni Adalberto Principi, huic, et Nra bona voluntas accessit. Quare exoramus Vras Celsitudines, tamqm Fratres, et Amicos Nros Charos, ut Vrae Celsitudines Joannem Fratrem Nrum Albertum Principem juvetis Consilio, et Auxilio, nec quidpiam contra ejus ~~Senatum~~ attentetis, aut ejus Srtti inficiamini; Speramus Nos Vras Celsitudines hoc Nrum Desiderium expleturas, Ejusq Srtti Fratri Nostro Vos Auxiliari, et Consulere; nam Nobis Omninó non licuit ire inficias Voluntati Ultimae, et mandati bonae recordationis Parentis Nri, ejusq Regiae Mttis, Cuj pariter accessit, et Nostra imó tueri partes Fratris Nri; et ejus Srttem manu tenere. Quando autem gratia Chari Dei Opus hoc maturuerit et plenarie perficietur, non dubitamus per Nram Concordiam etiam res Vrarum Celsitudinum componi, quae respiciunt Dominium Vrarum Celsitudinum, quam per aliqua Consilia extranea. Itidem: ejus Srttas respondet Vris Celsitudinibus, Vrae Celsitudines miseratis Oratorem Suum ad ejus Srttem, postulando, ut ejus Srttas interponeret Officia Sua ad Senatores Regni Poloniae in non nullis Injuriis, et gravaminibus, fundis Vrarum Celsitudinum Terrae Masoviae illatis. Quare ejus Srttas recolendo necessitudinem Antecessorum

Vestrarum

Masoviae.

Vestrarum Celsitudinum cum Antecessoribus Suæ Sertis inter Domi,,
nia Vrar Celsitudinum, et Dominia Ejus Srtis. Ejus Serenitas de,,
siderium Vrar Celsitudinum excipit, et mittit Nos in his nego,,
tiis Vrar Celsitudinum, ad Dnos Senatores Regni Poloniæ,
monendo eorum generositates, si quæ Injuriæ aut gravamina
Terris Vestrarum Celsitudinum obvenêre per illos, ut Vræ
Celsitudines pro justitia sarta, tectaq possideatis. Item ejus
Srtas mandavit commendare memoriæ Vrar Celsitudinum,
quod si quæ Terræ Magni Ducatûs Lith occupatæ, et inhabi,,
tatæ accesserunt ad Dominium Vrar Celsitudinum, confidit
ejus Serenitas Vris Celsitudinibus, æquo modo et more eas
restituere Senatoribus ejus Srtis, quemadmodum ejus Sere,,
nitas desiderat æquum jus reddere, etiam Vestris Celsi,,
tudinibus si hoc indigueretis.